AUGUSTINUS. HUGO DE SANCTO VICTORE
12. Jh. Seite 24r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26328
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nuntiatio noui testamenti est. ut nulla in euglica atque aplica
disciplina reperiantur. quamuis ardua et diuina precepta et promissa.
que illis etiam libris ueteribus desint. Quid est ut quod in sermone euglico
in monte dnis dicit audistis quod dictum est antiquis. hoc autem ego
dico uobis. hoc est si nichil ipse apli precepit quam preceptum est in illis
ueteribus libris. Deinde regnum celorum illi populo fuisse promissum non
legimus in his que promissa sunt lege data per moysen in monte syna quod
proprie uetus dicitur testamentum. Quod prefiguratum dicit apls per ancillam sare
et filium eius. sed et ibi figuratum est et nouum per ipsam saram et filium eius.
Inde si figure discutiantur omnia ibi prophetata reperiuntur que sunt presen
tata. vel expectantur presentanda per xpm. Veruntamen propter quedam pre
cepta non figurata sed propria que non inueniuntur et in nouo inueniuntur cauti et
modesti diceretur pene nulla. quam nulla hic esse que non sint et
illic. Quamuis illic sint duo illa precepta de dilectione dei
et proximi quo rectissime omnia et legitima et prophetica et euglica
et aplica referuntur. Item quod dixi. tribus modis in scripturis sacris filiorum
nomen accipitur minus considerate dictum est. Et alios ut quosdam mo
dos sine dubio preter misimus. sicut dicitur filius gehenne. vel filius ad
optiuus que utique nec secundum naturam. nec secundum doctrinam. nec
secundum imitationem dicuntur. Quorum trium modorum tamquam sola sint.
exempla reddidimus. secundum naturam. sicut iudei filii abrahe
secundum doctrinam. sicut filios suos quos euglm docuit apls uocat.
secundum imitationem. sicut filii abrahe nos sumus cuius imitamur
fidem. Quod autem dixi. cum induerit incorruptionem et immortali
tatem. iam non caro et sanguis erit. secundum corruptionem carnalem
dictum est carnem non futuram. non secundum substantiam. secundum quam dni
corpus etiam post resurrectionem caro appellata est alio loco. nisi
quisque in qua uoluntatem mutauerit bonum operari non potest. Quod in
nra potestate esse positum. alio loco docet ubi ait. aut
facite arborem bonam. et fructum eius bonum. aut facite arborem